Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Nil tem dicebat. Homo quidam erat dives et induebatur
purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulce
ribus plenus cupiens saturari demicis que cadebant de mensa
divitis et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant et lingebant
ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus et
portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem et
dives et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos
cum esset in tormentis vidit abraham a longe et lazarum in sinu
eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei et
mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui aquam ut refri
geret linguam meam quia crucior in hac flamma. Et dixit
illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et
lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur tu uero
cruciaris. Et in his omnibus inter nos et uos chaos magnum
firmatum est ut hi qui volunt hinc transire ad uos non possint
neque inde huc transmeare. Et ait rogo ergo te pater ut mittas
eum in domum patris mei habeo enim quinque fratres ut testetur illis
ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraham
Habent moysen et prophetas audiant illos. At ille dixit. Non
pater abraham sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent
Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex
mortuis resurrexerit credent. Off. Miserere mihi domine quoniam tribulor
ne in finem et de omnibus quibus adhorrabo dne. Secret. Hostias nras dne
ubi dignatus placatus assume et ad perpetuum nobis tribue pacem
subsidium. Pcom. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exulta
bo tibi psallam nomini tuo altissime. Comp. Sanus dne replen